577 Ara rep. a. 1857 in *Chollerton, in the church-yard,* ubi servatur *in the vicarage garden.* Cilurno eo venisse probabile est. Alta ped. 3 dig. 6, lata ped. 2 dig. 2. Latera reliqua tria sertis ornata sunt, posticum praeterea praefericulo.

I O M
C
. . . . S
. . . . .

Bruce lapid. p. 61, 108 e schedis Thomae Hodgson, ipse v. 1 tantum dispexit in titulo evanido.

578 Arae duae pariles rep. in *Walwick Chesters,* altera inscripta, altera sine litteris, servatae in *Walwick Grange* HORSL. Videtur periisse.

I O M
. . . .
. . . O I N

Horsley p. 216 *Northumb.* 25 (inde Warburton vallum p. 53, 25; Hodgson 2, 3 p. 181; Bruce lapid. p. 61, 107).

579 Ara in *Chesters* reperta, ubi servatur. Alta dig. 11½, lata 6.

vir togatus stans

D N
Ↄ SANCTO
DTILASSoTVM
POSSIVIT VI
V///// NNVS

Bruce lapid. p. 62, 111. Ego non vidi.

D(omi)no? . . . sancto [Mitrae? v]otum possivit Vi[bi]anus?

580 In *Chesters* rep. ibique servata. Arula alta dig. 11, lata 7.

DEA
RAT
VSL

Contuli. Bruce *wall* p. 409, lapid. p. 62, 112 qui de Dea Ratensi a Ratis mansione dicta cogitavit. Dativum rustice in *a* desinentem habuimus supra n. . . . .

Dea Rat . . . . v(otum) s(olvit) l(ibens)

581 In *Chesters* HODGS. Ibi extat; ara alta dig. 12, lata 6.

*d*EO SNC
TO VITIR
TERTVLVS *sic*
/ S · I · M ·

Hodgson 2, 3 p. 182; Bruce lapid. p. 62, 110. 1 COSNC Hodgs. 3 TERIVIVS Hodgs. et Bruce, qui affirmat ita in lapid esse. Tamen in re praesenti T et L mihi visus sum distinguere posse ab I, quamvis aegre.

Deo sancto Vitir(i) Tertulus v(otum) s(olvit) [l(ibens)] m(erito)

582 In *Chesters* rep. in effossionibus ad portam orientalem institutis. Ibi extat; arula alta dig. 9½, lata 6.

DIBVS
VETERI
BVS

Bruce *gent. mag.* 5, 1868 p. 522, lapid. p. 61, 109. Ego non vidi.

Dibus veteribus

583 In *Chesters* rep. ibique servata; arula alta dig. 9, lata 5.

Smith:	*ego:*
SVADNV	SVAↃNV
PVPCVIF	S VOTVT
BONOI	DO · VOT
RIVS	RI · V · S ·

Contuli. C. R. Smith collect. ant. 2, 1852 p. 196 tab. 48 fig. 1; Bruce lapid. p. 63, 113. Lectio satis expedita, interpretatio omnino incerta.

584 *Chesters,* rep. a. 1868, dum porta versus septentriones sita in muro castrorum orientali effoditur, videtur ibi ad instaurandum murum antiquitus adhibitum esse. Fragmentum altum est ped. 1 dig. 4½, latum ped. 1 dig. 3. Litterae sunt elegantes.

IMP ◦ T *ael*
Φ ◦ HAD *antoni*
NO ◦ AVG *pio p. p.*
COS ◦ LEG *ii aug.*

Bruce *gent. mag.* 5, 1868 p. 222, lapid. p. 68, 122 qui supplevit. *Caesari* vocabulum fortasse lapidarius omisit errore; Bruce talis in P io omissionis exempla profert cippum terminalem Orell. 3225, i. e. libri coloniarum primi 1 p. 251 Lachm., et titulum Lugdunensem apud Henzenum 6929. Addi possunt C. I. L. 2, 1643 alii.

585 *Walwick Chesters* HODGS. Ibi servatur; est tabula lapidea longa ped. 3, alta ped. 2, dig. 7½, litteris bonis.

IMP · CAES*ar m.* AVREL · ////////
AVG ///////////////////////////
////////////IA B// IB P IIII CoS III P P DV
DIVI·SEVER·NEP I N ///////////////////
CAESAR · IMPER /////////////////
ALAE·II·ASTVR ////// VII ISAI
ERVNT · PER · MARIVM · VALER AI
INSTANTE · SEPTIMIO · NI O · PRAE
DEDICATVM·III KAL NOVEM GRATO ET SELE p. C. 221

Contuli. Hodgson *first report of the soc. of antiq. of Newcastle* 1814 p. 35 tab. 2 fig. F et Archaeologia Aeliana 1, 1822 p. 128 tab. 6 fig. F (inde Newton p. 113, 66; Borghesi *Bullet.* 1851 p. 76; Henzen 5514); Bruce *wall* p. 159, lapid. p. 67, 121.

Supplementa maximam partem Borghesii sunt (l. s. s.), qui titulum Elagabali sacerdotalem ex nummis (Eckhel 7 p. 250) desumpsit; cf. etiam titulus Ferentinas apud Henzenum 7414a (p. 497). V. 5 in fine excidit aedificii restituti nomen, veluti *basilicam equestrem exercitatoriam* vel simile; v. 6 post *Astur(um)* vocabulum erasa videntur cognomina imperatoria. V. 7 Marius Valerianus redit in titulo eruderato in castris *Netherby,* infra n. 965.

Imp(erator) Caes[ar M.] Aurel(ius) [Antoninus pius felix] Aug(ustus) [summus sacerdos dei Solis Elagabali?, pontifex maximus, tr]ib(unicia) p(otestate) IV, c(o)n)s(ul) III, p(ater) p(atriae), divi [Antonini Magni filius], divi Sever(i) nep(os), [et] M. [Aurelius Alexander nobilissimus] Caesar imper(ii) [heres . . . .] alae II Astur[um . . . .] vetustat[e conlapsum restitu]erunt per Marium Valeria[num leg(atum) Aug(usti) pr(o) pr(aetore)], instante Septimio Ni[l?]o prae[f(ecto) eq(uitum).] Dedicatum III kal(endas) Novem(bres) Grato et Sele[uco co(n)s(ulibus)

586 Rep. inter rudera pontis Romani in Tina prope Cilurnum; servatur in *Chesters.* Litterae maximam partem detritae sunt. Altus est lapis ped. 3, latus ped. 1 dig. 9.

. . . .
. . . O. . . . . . .
. . . .
. . . .
. . . . VC. . . . .
. A. . . . . .
. . . . I. . . .
RAV EST
RANTE AELIO
LONGINO
PRAEF · EQQ

Contuli. Bruce *wall* p. 147, lapid. p. 69, 123 qui coniecit ad pontis opus titulum referendum esse, probabiliter.